

Clerus et capitulus
maioris ecclesie Materane

10

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Clerus et capitulus
maioris ecclesie Materane

10

1452-05-04

Anno Domini millesimo quatricentesimo quinquagesimo secundo, mense Madii, quindedecime indictionis, die iiii eiusdem, tempore summi pontificis domini Nicolai, divina providentia sancte Romane ecclesie pape quinti anno septimo, presidente in archiepiscopali Acherontina ac Materana sede reverendo in Christo patre et domino Marino archiepiscopo Dei et Apostolice Sedis gratia Acherontino et Materano

1

Intus in ipsa civitate Matere infrascriptarum domorum, criptarum, ortorum, casilium et aliorum diversorum verborum rerum stabilium invenimus eamdem ecclesiam Materanam et nos iusta, quieta et pacifica corporali poxessione gaudere et fructus, redditus et proventus earum libere et sine contradictione cuiusque percipere de eisdem. Possessiones de fine in finibus sunt infrascripte, videlicet: in primis cripta una sita et posita in pictagio Sancti Eustasii Maioris, subtus domos heredum iudicis Nicolai Angeli Iohannucii de Cicco et iuxta viam puplicam et alios suos fines. Item cripta una sita et posita prope ecclesiam Sancti Marci et eidem contigua et coniuncta, a parte dextra intrando, ipsam ecclesiam. Item criptille due coniuncte et contigue a quarum una per intus itur ad aliam, prope dictam ecclesiam Sancti Marci, iuxta domum palatiam Philippi Nicolai de Renza et iuxta ripam sancti Benedicti. Item cripte tres coniuncte et contigue, site et posite in pictagio Sancti Andree, iuxta criptam Eustasii de Nucio et iuxta criptam heredum Natalis de Rigio et iuxta viam puplicam, quarum una censuata est imperpetuum heredibus Natucii de Lolla. Item cripta una sita et posita in eodem pictagio Sancti Marino de Paolis (Eubel, *Hierarchia Catholica*, II, p. 79).

An-/dree, iuxta criptam dotalem Donati Antonii de Leone et desuper criptam Angeli Antonii de Leone, via publica mediante. Item servitus tarenorum duorum imperpetuum annuatim in prefata cripta Donati Antonii // de Leone relictorum in cripta ipsa per dominum Andream de Goffridono, que cripta est sita et posita iuxta supra proxime criptam scriptam ipsius capituli et iuxta aliam domum ipsius capituli a parte superiori positam. Item cripta una sita et posita supra domum seu criptam superscriptam servientem tarenos duos, ut supra, iuxta criptam Rahonis notarii Tucii et iuxta viam publicam et alios confines. Item cripta una sita et posita in contrata Palumbarii, iuxta criptam Angeli Antonii de Leone et iuxta criptam Colucii de Ausio et iuxta viam publicam. Item cripta una sita et posita in eadem contrata Palumbarii, iuxta criptam dotalem Iohanini Nicolai de Misseri et iuxta criptam imbriciatam dotalem Antonii Montismurri. Item cripta una in Palumbario, sita et posita in medio duarum criptarum domini archiepiscopi, cum platea ante ipsam. Item cripte due site et posite in pictagio Sancti Damiani, iuxta criptam beneficalem que fuit Iohannis de Laverio, supra claustrum notarii Rahonis et de sub cripta Eustasii de Nucio. Item cripta una sita et posita in pictagio Sancti Damiani, iuxta criptam sacristie episcopatus et iuxta ortum eiusdem capituli et iuxta viam publicam, cum platea ante ipsam. Item orticellus unus situs et positus in eodem loco, iuxta prefatam criptam ipsius capituli, a parte destra intrando ipsam criptam et iuxta criptam dotalem Stephani de Cassano. Item cripta una sita et posita in pictagio sancti Petri de Monterrone, iuxta domos palaciatas Cataldi Nicolai domni Thomasii, iuxta ortum Nicolai de Iacobo, clavica mediante et iuxta viam publicam. Item cripta una sita et

posita in pictagio Sancti Petri, iuxta aliam criptam ipsius capituli et iuxta domum palaciatam Angeli Iohannis Stephani et iuxta criptam domini archiepiscopi. Item cripta una sita et posita infra et iuxta prefatas domos palaciatas suprascripti Angeli et supra proximo criptam scriptam eiusdem capituli, cum platea et fovea una ante ipsam. Item cripta una sita et posita in pictagio Sancti Petri de Montirrono, cum casalino prope ipsam, cum platea et stagharono ante ipsam, iuxta domos dotales filiarum Angeli magistri Thomasii via puplica mediante et iuxta certum locum domini Nicolai de Iacucio, in platea cuius domus est criptilla una sacristie maioris ecclesie. Item cripta una cum platea ante ipsam, sita et posita in pictagio Sancti Petri iuxta criptam Marci Nicolai domini Thomasii // et iuxta criptam Eustasii Nucii Parvuli. Item servitus granorum decem anno quolibet imperpetuum in una cripta sita et posita in pictagio Sancti Nicolai de Grecis, iuxta ecclesiam ipsam et iuxta criptam palaciatam Eustasii Nucii Parvuli. Item cripta una sita et posita in pictagio Sancti Nicolai, cum platea et cisterna ante ipsam, iuxta criptam Sancte Marie Nove et sub cripta Antonii de Palma et iuxta ripam gravine. Item cripte due contigue cum platea et cisterna ante ipsas, site et posite in pictagio Sancti Nicolai de Grecis, iuxta criptam Viti Antonii de Leone et iuxta criptam archiepiscopalem et iuxta criptam sacristie, via vicinali mediante. Item cripte tres coniuncte et contigue, cum platea et cisterna ante ipsas, site et posite in pictagio Sancti Petri, in contrata Sapie, iuxta domos palaciatas heredum Nicolai iudicis Petri et iuxta criptam unam aliam eiusdem capituli, censuatam imperpetuum domino Nicolao de Iacucio. Item cripta una sita et posita in eodem loco, pictagio et platea,

incensuata domno Nicolao de Iacucio imperpetuum, prout in instrumento ipsius continetur. Item domus una imbriciata, cum criptilla de sub ipsa, sita et posita in eodem pictagio, loco et platea, cum usu aque in dicta cisterna, incensuata imperpetuum Nicolao iudicis Petri pro tareno uno annuatim. Item fovea una sita et posita ante, prope et infra plateam suprascriptarum criptarum, censuata imperpetuum Nicolao iudicis Petri pro granis quinque annuatim. Item porticus una sita et posita prope et infra plateam suprascriptarum criptarum et supra supradictam criptam incensuatam predicto domino Nicolao, quam porticum tenet prefatus dominus Nicolaus pro granis quinque annuo quolibet imperpetuum. Item ortus unus cum certis arboribus intus in eo, situs et positus prope criptas ipsas, iuxta ripam gravine, iuxta domos heredum Micculi Ioannis de Basilio, sterquilineo mediante, incensuatas Nicolao iudicis Petri pro tareno uno annuatim. Item cripta una in pictagio Sancti Eustasii de Pisterula sita et posita, cum platea ante ipsam, iuxta criptam monasterii Sancte Lucie, iuxta domum palaciatam Marci domini Roberti. Item fovea una sita et posita ante criptam ipsam, in medio platee, incensuata imperpetuum Marco domini Roberti, Angelo magistri Mei et Vassallo Petri de Cocio pro tarenis duobus et granis decem. Item locus unus ante ipsam criptam incensuatus donno Andree de Pesco et Nicolao, eius fratri, imperpetuum pro granis quinque, in quo loco ipsi fundaverunt cisternam unam. Item locus seu casaline in quo est edificata domus una incensuatus Marco // domini Roberti imperpetuum pro granis decem. Item domus una fabricata, sita et posita in Posterula, in pictagio Sancte Agathes, iuxta ipsam ecclesiam et iuxta portam civitatis, qua itur ad Gravinam. Item cripta una in qua hedificatum

est palatium, sita et posita in pictagio Sancte Marie de donna Anna, iuxta domum palaciatam Thomasii de Pesco et iuxta domos domni Andree Tucii de Roberto, via mediante et iuxta viam puplicam. Item cripta una sita et posita in pictagio Sancte Marie de donna Anna, cum platea, fovea, camarella, cum quadam alia criptilla et orticello ante ipsam, incensuata Thomasio de Pesco imperpetuum pro tarenis quatuor anno quolibet. Item cripta una sita et posita in pictagio Sancte Marie de donna Anna, cum platea et duabus foveis ante ipsam, iuxta criptas Sancte Marie supradicte, iuxta domum palaciatam domni Antonii de Carbono, via puplica mediante. Item servitus tarenorum quinque anno quolibet imperpetuum in duabus criptis cum platea et fovea ante ipsas, site et posite in pictagio Sancte Marie de donna Anna, iuxta domum palaciatam Leonis Iohannis Cozuli et iuxta domum palaciatam Fanelli notari Stephani. Item cripta una sita et posita in pictagio Sancti Angeli, iuxta, prope et infra duas criptas monasterii Sancte Lucie de Matera. Item servitus granorum decem anno quolibet imperpetuum in loco in quo sunt hedificate domus due palaciate, site et posite in pictagio Sancti Angeli, iuxta ortum Sancti Angeli, sterquillinio mediante et iuxta ortum Lucie Iohannucii de Montanghirlo. Item cripta una sita et posita in pictagio Sancti Angeli, cum platea ante ipsam et cum stagharono, iuxta criptam Iacobi de Iacucio et iuxta furnum heredum Francisci Cepulle. Item cripta una sita et posita in pictagio Sancte Marie de donna Anna, cum platea ante ipsam et fovea, iuxta criptam Roberti Nicolai Gargarii et iuxta criptam Rose, filie Iohannis Cacari. Item ortus unus cum certis arboribus, situs et positus ante et prope criptam proxime prelibatam, incensuatus Fanello notari Stephani anno

quolibet imperpetuum pro tarenis duobus. Item cripta una sita et posita in pictagio Sancte Marie de donna Andrea, cum platea et cisterna ante ipsam, iuxta criptam Antonii Currentis et iuxta criptam beneficalem domni Andree archipresbiteri, cursu aque mediante et una alia cripta cum quadam lamia. Item cripte due cum platea et duabus foveis ante ipsas, site et posite in pictagio Sancte Dominice, iuxta criptam dotalem Nicolai de Pesco et iuxta domum // imbriciatam Donati Leonis magistri Maselli, via puplica mediante et iuxta viam puplicam. Item cripta una sita et posita in dicto pictagio sancte Dominice, iuxta domum seu criptam censuatam Petro magistri Angeli de Scarzeta et iuxta criptam Cusulecchie Petri Belli. Item cripta una in pictagio Sancte Dominice, cum platea, camarella et orticello ante ipsam, sita et posita iuxta suprascriptam criptam dicti capituli et iuxta criptam Iohannucii de Tiola, clavica mediante. Item domus due palaciate, quarum maior est Iacobi Vulpis et servit anno quolibet imperpetuum tarenos quatuor et alia minor est dotalis Thomasii Iohannucii magistri Marini et servit tarenos duos. Et una alia cripta cum orto et arboribus in eo sistentibus et cum cisterna ante ipsas, que cripta servit anno quolibet imperpetuum tarenos quatuor, quorum omnium tarenorum decem medietas est ipsius capituli et reliqua medietas est domini Antonio de Carbono usque dum vixerit, post cuius mortem omnes ipsi tarenii decem erunt eiusdem capituli. Que quidem domus et cripte sunt site et posite in contrata Porte iudicis Pirrocte, iuxta criptam dotalem Nicolai Ioculani et de sub menibus castri civitatis Matere et desuper criptas domini Nicolai notarii Stephani. Item cripta una cum platea et parte cisterne, camarella et orto cum arboribus ante ipsam, sita et posita in contrata Porticelle

iudicis Pirrocte, de sub ripa ubi olim fuit castrum, iuxta criptam sacristie et iuxta viam puplicam qua itur ab ipsa porticella versus ecclesiam maiorem. Item cripta una sita et posita in eodem loco, contrata et platea, iuxta criptam sacristie maioris ecclesie, cum platea et parte cisterne ante ipsam, iuxta aliam criptam ipsius capituli que est eidem cripte contigua, set habet portam in alia platea. Item orticellus unus situs et positus in medio criptarum supra proximo positarum. Item cripte due site et posite XXX cum platea ante ipsas et fovea, iuxta aliam criptam suprascriptam ipsius capituli et iuxta criptam heredum Ursi Sconzacurti, quarum una est censuata imperpetuum Iacobo de Soricho pro tarenis quatuor. Item cripta una XXX sita et posita in eadem contrata iuxta criptam Antonelli Pauli Massi et iuxta palaciolum iudicis Iacobi. Item cripta una sita et posita in pictagio maioris ecclesie de sub domibus palaciatas magistri Agustini, iuxta criptam Sancti Nicolay de Cimiterio et iuxta domum palaciatam iudicis Iacobi, cum platea et usu aque cisterne ante ipsam. Item cripta una in qua hedificatum est palacium // cum platea et cisterna una ante ipsam, sita et posita in pictagio Sancti Iacobi, iuxta criptam Sancte Marie de Armeniis et iuxta aliud palacium heredum Antonelli Silvestri de Chirico, incensuata eidem Antonello et huius heredi anno quolibet imperpetuum pro tareno uno et granis quinque. Item cripta una sita et posita in pictagio Sancti Iacobi, cum alia criptilla seu porticu prope ipsam, cum platea et duabus foveis ante ipsam, iuxta domos palaciatas heredum Francisci Cepulle, via puplica mediante et iuxta domum palaciatam Antonelli Angeli Nicolai de Angelo. Item locus unus vacuus et sterilis, cum fovea una intus in eo, situs et positus in pictagio ipsius maioris

ecclesie, iuxta ortum quondam domini Martini et iuxta ortum domini archiepiscopi, via puplica mediante et iuxta ortum Gasparis Antonii de XXX. Item locus unus situs et positus in platea Matere, in pictagio Sancte Sophie, supra domum heredum Eustasii notarii Angeli et iuxta domum eorundem clericorum et iuxta viam puplicam. Item domus una sita et posita in eodem pictagio et loco, iuxta predictam domum et iuxta domum Eustasii de Nucio et iuxta viam puplicam, que quidem domus locata est imperpetuum Nucio de Fogia, pacto et condicione expressa quod si et quociens domus ipsa indigeret reparacione aliqua, tam parte superiori quam inferiori, de eo quod est astricum et domus inferior est eorundem clericorum, quod ipse Nucius vel eius heredes et successores, qui pro tempore fuerint, teneantur reparare domum ipsam, ut supra, ita quod inferior domus non possit pati detrimentum aliquod ex ipsa reparacione obmissa et de hoc est contractus. Item domus que est scilicet de sub astrico domus suprascripte cum platea ante ipsam. Item domus una palaciata sita et posita in medio platee puplice Matere, habens duas portas quarum una vadit ad ipsam plateam puplicam per scalam aliam versus domos Antonii de Lamia et habet suptus criptam unam magnam et aliam parvam, cum quadam alia domuncula, iuxta domum Sancti Iohannis de Cimiterio et iuxta criptam domini archiepiscopi. Item locus unus censuatus pro tareno uno cum dimidio Antonio de Lanna, in quo ipse hedificavit domum unam iuxta domum proxime suprascriptam et aliam domum suam. Item domus due contigue et coniuncte, site et posite in medio platee Matere, iuxta domum ecclesie Sancti Iohannis de Cimiterio et iuxta domum ecclesie Sancte Marie de Piciano. Item locus unus censuatus Petro

de presbitero Leone, in quo ipse hedificavit domum sitam et // positam in platea Matere, iuxta domum ecclesie Sancte Marie de Piciano et iuxta aliam domum dictorum clericorum. Item domus una palaciatam sita et posita in platea Matere, iuxta prefatam domum Petri de presbitero Leone et iuxta domum domini archiepiscopi, quam tenet domnus Iohannes de Scalzone imperpetuum pro tarenis decem anno quolibet. Item locus in quo hedificavit domum quamdam palaciatam Nicolaus de Ballata, sitam et positam in platea prelibata, iuxta domum heredum quondam dicti Nicolai de Ballata et iuxta ecclesiam Sancti Ianuarii, via mediante et alios confines. Item cisterna una ad aquam sita et posita intus ecclesia Sancti Antonii, in platea Matere. Item cripta una sita et posita in platea Matere, iuxta domum seu criptam domini archiepiscopi, iuxta domum Eustasii de Nucio, via puplica mediante, cum quodam loco vacuo retro post domum ipsam. Item cripta una sita et posita in fine platee, iuxta portam Sabucii et iuxta domum domini archiepiscopi, via puplica mediante, censuata per annis vigintinovem. Item locus unus vacuus desuper domum ipsam et domum supra positam, censuatam Thomasio domini Angeli. Item locus unus desuper domum eandem, in quo hedificavit domum Antonius Cicci de Calone et servit clericis ipsis annuatim grana decem. Item cripta una sita et posita in lacu Matere, iuxta domum Eustasii de Nucio et subtus ortum sancti Francisci. Item criptilla una honerata sita et posita in eodem loco, in frontispicio domus prelibate, via vicinali mediante. Item cripta una cum platea, cisterna et camarella et criptilla retro cisternam, sita et posita in lacu Ma-/-tere, subtus ortum sancti Francisci, iuxta domum ecclesie sancte Marie de Piciano et iuxta domum Eustasii de Nucio. Item

cripta una cum fovea, sita et posita in dicto lacu, iuxta domum Gactini de Papaleone et iuxta domum notarii Nicolai notarii Angeli. Item cripta una sita et posita in eodem loco, in frontispicio cripte prefate, via mediante. Item ortus unus situs et positus in plano, in pictagio sancti Marci, iuxta lacum, pro quo solvit universitas annuatim tarenum unum. Item cripta una magna et una parva cum fovea, sita et posita in pictagio Sancti Eligii, iuxta criptam sancti Eligii et iuxta lacum, via puplica mediante. Item cripta una cum platea ante ipsam, sita et posita in pictagio sancti Francisci, iuxta domum Mathei Scalzoni et iuxta domum Francisci de Thomasio de Angelis. Item cripta una alia, cum cisterna intus in ea, sita et posita in eodem loco, iuxta criptam Loysii Thomasii de Angelis. // Item cripta una cum platea, sita et posita in eodem pictagio Sancti Francisci, de subtus ipsam ecclesiam et iuxta domum Petri magistri Roberti. Item domus una sita et posita in eodem loco, iuxta domum prefati magistri Petri et iuxta domum seu criptam clericorum prefatorum. Item cripta una sita et posita in eodem loco, iuxta domum proxime suprascriptam et iuxta domum aliam eorundem clericorum. Item locus unus prope criptam desuper proxime suprascriptam, in quo fuit hedificata domus unam, quam tenet Antonellus Pauli Massi, et servit annuatim grana quindecim. Item loca duo censuata imperpetuum, in quibus hedificate fuerunt domus due palaciate, quarum quilibet servit anno quolibet ipsis clericis grana decem et unam ipsarum tenet Gactinus de Papaleone, aliam vero tenet Iohannucius Nicolai Firentis. Item cripta una sita et posita in eodem pictagio, iuxta prefatam domum dicti Gactini et iuxta domum Antonelli Aqueturbide, quam tenet Nicolaus de Pesco, sua vita durante, pro tareno uno anno quolibet.

Item cripta una sita et posita in eodem loco, iuxta domum Antonelli Aqueturbide, incensuata imperpetuum pro tarenis tribus cum dimidio. Item locus unus situs et positus in plano Matere, in contrata de lacu, in quo hedificavit domos duas magister Iohannes de Ugiano et unam aliam hedificavit Gullelmus de Ugiano, dictus Grossus, iuxta ortum Eustasii notari Angeli et iuxta ortum beneficiale, quem tenet Nicolaus de Iacobo et servit locus ipse annuatim tarenum unum.

2

3

4

5

6

7

8

9

10

Per casalina

Per domino Andrea

Per domino Andrea

Per domino Andrea

Per domino Andrea

Per domino Andrea

Per domino Andrea

Per domino Andrea

Per Antonii